Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



inclitum. captiuitatem duxit captiuitatem; hoc ergo
modo & somno suo leo fuit. uincens omnia & de
bellans & destruxit eum qui habebat mortis imperium.
& uidu[e] tantulus leonis dicitur ac suscitatus; Quis
suscitabit eum recte quasi inquirentis prophetae
principem quae suscitat & xpm. sermo significat. quia
apostolus quidem dicit. quia dis illum suscitauit a mortuis.
suscitauit & mortalia corpora nra. propter ipsi habitantis
spm eius in nobis. & iterum xpi dicit in euangelio soluite
templum hoc & ego in tribus diebus suscitabo illud.
hoc autem dicebat de templo corporis sui. Quia ergo
ipse se dicit suscitare templum suum. & dis illum dicit
suscitasse. recte prophetae stupor et tantae patris
& filii unitatis atque indiscretionis attonitus dicit.
quis suscitabit eum. Non deficit princeps ex iuda
neque dux de femoribus eius. usque quo ueniat. et ecce quae
reposita sunt ei. Ueluti in diuis exemplaribus habetur
uenias is. cui repositum est. & ipse erit expectatio gen
tium. hic locus manifeste refert ad iudam. Constat
enim usque ad natiuitatem xpi non defecisse princi
per ex genere iudae nec ducem de faemoribus eius.
usque ad herodem regem. qui secundum historiae
fidem quam iosippus scribit. alienigena fuisse